



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

HLVDOWICI BLOSII
CONCLAVIS
ANIMÆ FIDELIS
PARS PRIMA.

SIVE

SPECULUM SPIRITUALE.

PRÆFATIO.

1.
Occasio
conscri-
bendi
Speculi.



MAGNA, sed pia importunitate cuiusdam amici victus hunc libellum confeci. Is enim non cessabat efflagitare à me spirituale aliquod Speculum, in quo breviter adnotarem ea quæ ad vitam sanctè instituendam præcipuè conducunt, & diligenter insererem illa quæ peccatori vel imperfecto, sed bonæ voluntatis homini, consolationem veramq̃, erga Deum spem & fiduciam præstare solent: ita ut ipsum speculum posset usui esse cuilibet Christiano. Ego itaque desiderans amici justissimæ petitioni aliqua ex parte satisfacere, congepsi hæc aliquantulum multa, sicut memoriæ occurrerunt. Et quod feci, ad Dei honorem feci: humiliter submitteus ea quæ collegi & scripsi, iudicio sanctæ matris Ecclesiæ.

2.
Scribitur
hominibus
bonæ volun-
tatis.

Ceterum illi qui, abjecto Dei timore, in peccatis & iniquitatibus suis sponte permanent, nullo modo putare debent ad se pertinere consolationes in hoc libello positas, cum neq̃ bonâ voluntate præditi, neque veri Christiani sint. Corrigant se, & tunc ad eos pertinebunt ea, quæ de immensa pietate ac misericordiâ Dei dicuntur subscribunturq̃. Quod si vitam suam perversam corrigere noluerint, omnino se veritatem divinæ justitiæ sentient, & æterna tormenta in inferno patientur.

SPE